

Johann Bacmeister

Programma In exequias funebres, Quas ... iuveni Joanni Jürges/ S.S. Theologiae Studioso, Parens moestißimus paratas cupit

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771009232>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,
in J. Jürges.

Rost. 1623.

47.

PROGRAMMA
In exequias funebres,

QUAS

Ornatissimo ac apprime docto juveni

JOANNI

Jürges/

S. S. Theologiæ Studioſo,

Parens mœſtiſſimus paratas cupit,

P. P.


à

RECTORE ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

IOANNE BACMEISTERO

Phil. & Med. D. ac Professore.

Ad diem 13. Junij



ROSTOCHI

Excudebat JOACHIMVS PEDANVS,

Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXIII.



RECTOR

ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS,

JOANNES
BACMEISTERUS,
Philosophiæ & Medic.
D. & Professor. P.



*Pythagora, cujus philosophi
tanta fuit quondam autoritas,
ut, quicquid ipsius discipuli as-
serere cuperent quam maxi-
mè, ipsum dixisse assevera-
rent, vitam humanam pane-
gyri seu solenni hominum con-
ventui esse comparatam accepimus. Ut enim illic
alij se conferunt certaturi. & proposita ibidem præ-
mia ablaturi; alij, ut negocientur & lucrum faciant,
& sæpe*

Et saepe cum aliorum damno; quidam verò, ut sint
tantum spectatores eorum, quæ ibi geruntur; ac cete-
ri quidem omnes sunt solliciti, solus spectator tran-
quillus fruitur celebritate: ita etiam in vita homi-
num accidit, in quâ, juxta Pythagoram, solus philo-
sophus in hoc mundi theatrum prodit in ocio, ut ab-
dita natura investiget

— medijs tranquillus in undis,

reliqui autem omnes frustra multum tumultuantur

Et negotijs miserrimè plerumq; distinentur. Nos
paulò aliter hac pro tempore usui nostro accommo-
dantes dicimus, quod in hac magna mundi panegyri,
illi, quibus est ingenium cœleste, per linguas, artes,
aliasq; generi humano utiles scientias, tentandam
sibi viam esse existimant, quâ se quoq; possint

Tollere humo, clariq; virum volitare
per ora.

Quidam hoc sibi datum putant, ut naturas rerum
cum philosophis rimentur,

Defectus solis varios, Lunæq; labores:

Unde tremor terris, quæ vi maria alta
tumescant

Obicibus ruptis, rursusq; in seipsa resi-
dant.

A 2

Quid

Quid tantum Oceano properent se tin-
gere soles

Hiberni, vel quæ tardis mora nocti-
bus obstet.

*Nonnulli humano corpori medicinam facere stu-
dent, & experientissimi quique illorum verè poëta
illud suum faciunt,*

Mille mali species, mille salutis erunt.

*Sunt qui iustitiæ sacerdotes salutarî præoptant, qui-
bus sedet istud Claudiani:*

Justitia utilibus rectum præponere
suadet,

Communesq; sequi leges, injustaq;
nunquam

Largiri socijs.

*Inveniuntur deniq; qui magno labore & ausu fe-
lici sanam de Deo ejusq; voluntate doctrinam rectè
imbibere prius, & deinceps alijs ritè instillare sata-
gunt. Et hi omnes propositum sibi decurrunt sta-
dium, ut brabeum promissum reportent, quisq; pro
eo, quod potest & valet, imò quantum divina gra-
tia opis largitur. Reliquum est alterum genus ho-
minum Mercurio vel Marti potius, quàm Phœbo
Musisq; deditum, ex quo multi castra sequuntur,
plurimi ad mercaturam animum applicant.*

*O-
mnes*

omnes autem & singuli valde sunt solliciti, atq; ut
id, quod in votis habent, consequantur, sedulo an-
nituntur: solus verò Deus (de quo rex sapientissi-
mus, quod in omni loco oculi ejus speculentur bonos
& malos) ex alto tantas turbas & curas hominum
contemplatur, & securus fruitur sua felicitate æ-
ternâ, ejusq; illos facit participes, qui cum apostolo
certamen bonum decertarunt, cursum suum absol-
verunt, fidemq; servaverunt. Hæc quorsum
nunc spectent, non est quod quis querat vel ambi-
gat, cui illa, quæ hoc tempore apud nos obtingunt,
non sunt incognita. Vidimus heri Viris Clarissi-
mis & Præstantissimis ex merito summos in Jure
& Medicina honores esse collatos, & non ita
pridem in Philosophia idem esse factum recorda-
mur, atq; hi fuere in nunc-panegyri certantes ac
coronati. Vidimus item hisce nundinis, quomo-
do nihil in se desiderari passi sint, qui mercaturam
exercent & negotiantes, quiq; quum

non terræ ferre omnes omnia possint,
merces exoticas apportarunt. De ijs qui militant,
non est quod multum dicamus, quum quotidie, prohi-
dolor, audiamus, quomodo Martis violentia modo
hunc, modo illum agrum, urbem, ducatum vastet.
Quid itaq; in his mens pia potissimum agat? quò se
vertat? ad eum scilicet, qui solus hæc omnia in quie-

te ac beatitate summa spectat ac moderatur, ad quem quisquis, dum in hoc corporis ergastulo detinetur, vel precibus ardentibus, vel pijs meditationibus sursum evolat, vel tandem sub vitæ finem in fide decedens concedit, humana omnia deinceps ex alto despicit, & tranquillum agit spectatorem eorum, qui adhuc dum multis curis se fatigant. Hunc statum beatum, & post decursum sibi decretum stadium, æternam quietem gratulamur Ornatissimo & Doctissimo Juveni JOHANNI Zürges/ cui nunc exequiale sacrum paratur. Natus est ille in hac urbe, quæ jam ultra ducentos annos gratum Musis præbet hospitium, Anno Salvatoris 1600. ex honestis & pijs parentibus, patre Joehim Zürges/ doliario, matre, Magdalena Weisner / & baptismatis sacro lavacro renatus Christoq; suo veræ vitæ ac vitii insertus palmes non infructuosus. Parentes enim hunc suum filium à teneris annis in pietate, disciplinâ & admonitione domini enutrierunt ipsi, & porro per alios rectè educandum curarunt, qui ad id publico à magistratu aluntur stipendio, siquidem eum tradiderunt curæ ac discipline præceptorum fidelium primùm in hac schola Senatoriâ, deinde ubi adoleverat, Lunaburgum eum ablegarunt, ubi per aliquot annos literis dedit operam, & fundamenta illa jecit, quibus deinceps in patriam reversus, in
schola


schola hac regia, alia superstrueret altiora. Depa-
rentum itaq; consilio huc revocatus philosophiæ &
Theologiæ studium coniunxit, & huic se potissimum
dedit, quod ut felicius capesseret, lectiones publicas
frequenta vit, collegijs & disputationibus Theolo-
gicis interfuit, in concionibus habendis sua dona est
periclitatus, & quidem in ipso Trinitatis festo (quod
superiore die dominicâ celebra vimus) concionem
habere cogitabat. sed Deus, in cuius manu sunt ho-
minis via, melius quiddam de ipso providerat fore,
ut non multò post, quam alios docere præsumebat,
de facie ad faciem videret sacrosanctam Trinita-
tem. Incidit namq; paulò antè in morbum lethalem,
& quando cum doloribus gravissimis conflictaba-
tur, parumq; remedij in humano consilio superesse
sentiebat, curavit ad se vocandum Virum Reve-
rendum & Doctissimum Dn. M. JOHANNEM
STENIVM verbi divini ad D. Nicolai præconem fide-
lissimum, ei sua peccata confessus, & ab eo vicissim
solatio instructus, remissionis peccatorum sigillum,
& hinc transituro viaticum optimum, Christi ni-
mirum corpus & sanguinem, in Cæna sibi conferrî
ac porrigi oravit atq; impetravit, & sic voluntati
divinæ se patienter subjiciens 10. Junij eò, dante
Deo, pervenit, quò omnes pij aspirant, securusq; o-
mnia humana contemnit. Dolet hunc obitum fi-
lij pa-

lij pater maestissimus, quum illum sibi quoq; ereptum
cernit, quem praesidium & columen senectuti suae
superesse existimabat, conjugē carissimā superiore
anno privatus. sed moderabitur luctum, ubi cogitat,
patri caelesti fuisse eum filium cariorem, quā sibi,
quiq; propterea eum his exulceratis temporibus hu-
manis rebus tam maturē exemit, ne multas calami-
tates, si diutius superaret, & pateretur, & intue-
retur. Nos verò, quod Christiana flagitat caritas,
quae cum dolentibus nos vult dolere, nostram
cupimus patri vivo, & civi hujus Academiae, de-
mortuo ejus filio hunc honorem ultimum habeamus,
quem nobis praestari cupimus, euntes exequias hodie
ad medium horae I. in templo Nicolaitano. Quod
licet omnes nostrae Jurisdictioni subjectos sua sponte
facturos confidam, officij tamen ratione, ut libenter
ac frequenter huic funeris deductioni intersint, o-
mnes ac singulos amanter admonitos volo & roga-
tos. P. P. Rostochij sub sigillo Rectoris a. d. 13.
Junij Anno 1623.



GK

schola hac regia, alia superstrueret a
rentum itaq; consilio huc revocatus
Theologiae studium conjunxit, & hui
dedit, quod ut feliciter capesseret, led
frequenter, collegijs & disputati
gicis interfuit, in concionibus habend
periclitatus, & quidem in ipso Trinit
superiore die dominicâ celebra vimus
habere cogitabat. sed Deus, in cujus
minis via, melius quiddam de ipso p
ut non multo post, quam alios doce
de facie ad faciem videret sacrosan
tem. Incidit namq; paulò antè in mor
& quando cum doloribus gravissim
tur, parumq; remedij in humano con
sentiebat, curavit ad se vocandum
rendum & Doctissimum Dn. M
STENIVM verbi divini ad D. Nicolai
lissimum, ei sua peccata confessus, &
solatio instructus, remissionis peccato
& hinc transituro viaticum optim
mirum corpus & sanguinem, in Ca
ac porrigi oravit atq; impetravit, &
divina se patienter subjiciens 10. Ju
Deo, pervenit, quò omnes pij aspi
omnia humana contemnit. Dolet



pa-
&
um
licas
olo-
est
quod
m
t ho-
ore,
bat,
ita-
em,
aba-
esse
eve-
NEM
fide-
ssim
m,
ni-
ferri
tati
nte
q; o-
m fi-
ij pa-